

CARMINA GRATULATORIA.

Um vocat in pugnam Te Satan, mundus & orcus,
Canta: cantando pectore victor eris.
Ergo noster Amor sit semper Musica: amoris
Flammas Seidelii musica dona ferent.

Perge tuis studiis concessum ornare talentum,
Perge modò, pulcri præmia honoris erunt.

Amicitia contest. gr. apposuit

M. Andreas Hartung / Lips. Glashüt-
tensium Pastor.

Barbara gens, inimica Deo, studiisq; bonorum
Ferrea, quam nescit suave movere melos.

Impietas parvi fecit pia Cantica Cingli,
Carlstadii pariter, ceu Mahometha solet,
Insipiant stulti! excellens caelesteq; donum est,
Judice Luthero, Musica sacra, pio.

Sepius exstimulat torpentem Cantio, scandam
ut, sacra dicturus, pulpita letus, ait.

Ergò SEIDELI, quando modulamina dia
Vulgas, egregia ac excolis artis opus:

Gratiam inis hominum, quævis Musica grata, proborum
Gratiam inis JESU, cujus amore facis.

Edere perge, rogo, quæ divulganda supersunt,
plurimus edentem, crede, sequetur bonos.

Sic Dno. Authori gratari & suam in Musices
artem Φιλίαν contestari voluit

Johannes Ulbricht / Pastor in Dobra.

I.

Musica cur sanus spernat modulamina, mille
Commoda cum secum Musica dia trahat?
Tristantem reficit suavissima Musica, reddit
Devotos animos, Musica triste fugat.

Experto

Vid Colloq. mensal.
Luth. fol. 316.